Tractatus de Duello:

la Sácte. I. V. B. pfatio i tractatū ō duello ad Illustriſ. D. Fer/ Frā. Bāualos Agnatē M arch. Piſcarie iuictiſſimi: ac feli/ ciſſimi: exercitus Ceſareimagnū Ducem ac moderatorē.

LVDIOS Omnes quorum magna vbiq; copia eſt: vigilias ſuas illuſtribus vi ris dicant: vt per eos auſpicatius in lucem exeāt: & diutius viuant: q mos nobis quoq; in preſentia vſurpandus eſt. M archio illu ſtriſſime: & exercitus ceſarei iuictiſſimi ſum me: & ſapiētiſſime moderator. Ego cui plus debeam quam tibi habeo neminem: multa & magna beneficia i mecōtuliſti: illud haud minimum: & poſtremo q me ex manibus hoſtium elapſum non hu/ mano conſilio ſed diuina ope refecto carcere de more tue liberalita/ tis comiter: & perhumane complexus nudum texiſti: afflictum re/ creaſti: ſpoliatum multis domo oneraſti. Huc accedit excellentia tuarum laudum: & virtutum: Quibus tu vel ipſam antiquitatem prouocas quando vnus es: in quo ſumma omnia cernuntur vite in/ tegritas continentia animi magnitudo: tanta temperantia: tanta manſuetudo: humanitas: beneficentia ac liberalitas: vt non facile dixerim tuis militibus charior ſis: an hoſtibus magis formidolo/ ſus: deniq; vnus es: qui non horum hominum: qui nunc ſunt. Sed etiā priſcorū regū: & principū: gloriā virtute ſuperaſti: Alexādros magnos: Hanibales: Scipiones: Fabios: M aximos Pyrros: lōgo poſt iter vallo reliqui & vt vnū ex tot hīſactis obiter attigā nūc nuper maximas hoſtium copias omnibus rebus ornatas & inſtru/ctas parua manu fudiſti tribus horis trinis regibus vna acie victis auſus rem ad poſteros plus admirationis q̄ fidei habituā. Adde q̄ clariſſimis natalibus ortus maternum genus ducis Aquino in/ clita diui Thome patria: Paternum ex hiſponia de nobiliſſima: & regie ſtirpis familia de auales: que familia eſt de me optime meri ta: nam vnus e numero meorum fratrum eius beneficio duxit vxo/ rem dotatam: & locupletem: & eo modo bonam fortunam nactus eſt. Ergo huius opuſculi dedicatio multis de cauſis tua eſt. Quam/ quaz totus erubeſco: cum cogito nihil hic eſſe tua celſitudine di/ gnum: fatebor ingenue conſcientie mee imbecilitatis: ab initio non

audebã tantum oneris subire: ⁊ iam ceperã dare terga: sed me opis difficultate territũ: cedentemq; uocibus suis: adhortationibusq; reuocarũt. cum multi alij pfecti ⁊ cẽturiões ex tuo comitatu: tũ Frã. villaturiel. vir fortissimus: ⁊ homo nobilissimus: multoq; rep vsu calidus ⁊ exercitatus: mihiq; summa necessitudine coniunctus: qd verbis opus est coegerũt inuitum ac frustra reluctantẽ: vt aliqd in hoc genere litteris mandarem: ⁊ multis q̃stionibus mea industria occurrerent: tam ⁊ si doctores quidam haud postremi in iure ciuili nominis multa de hoc scripserunt: Cum primis Jo. maria lignan⁹ Paris cognomento Puteus auctores nõ penitendi: quoꝝ vestigia obseruare par erat potiusq̃ eorũ scriptis quicq̃ temere adstruere: verum ille pre nimio erga me amore cecutiens nostra qualiacunq; malebat q̃ aliena doctissime scripta. Et quãq̃ plurimũ laboris ex hausimus dum tuorum militum desiderijs satisfacere conamur. tamen tunc demum oleum: ⁊ operaꝝ non perdidisse videbor: si opuscu lum nostrũ tuo celesti iudicio comprobaueris· Addes calcaria spon te currenti: ⁊ me in posterum multo alacriorem reddes ad aliquid si mile excudendum: ⁊ nomini tuo vel potius numini dedicandum.

Vale.

¶ Auct. carmen ad eundem Illustrissi. B. Marchionem.

Militie sublime decus: dux inclyte gentis.
Inuicte mauors cui fauet armipotens.
Et noua quem decorat fusis victoria gallis:
Perculsiq; pauent nunc orientis equi.
Excipe si fas est tranquilla fronte libellum:
Tempore quem paruo nostra thalia dedit.
Munia dona quidem: nec tanto principe digna:
Auctoris pietas hec preciosa facit.

¶ IACOBI CASTILLO ALIAS DE VIL la. Sãcte. I. V. D. In tractatum de Duello ad Illustri. D. Fer. Fran. Daualos Acquinatẽ March. Piscarie/ Inuictissimi ac felicissimi exercitꝰ Cæsarei magnũ Ducẽ/ac sapientissimum moderatorem &c.

PROEMIVM.

IMIL estqꝺmagis cõducat ad verã: ⁊ claram intelligẽtiam alicuiꝰ subiecti: qꝫ ordo procedẽdi ac digerẽdi que i se obscura nubilaqꝫ sunt: vel propter rerum difficultates vel qꝛ auctores confuse indeterminate equoceqꝫea nobis tradidere: boni igitur auctoris ẽ tales nodos enodare ⁊ obscura clarare ⁊ non obscuriora verbis reddere: qꝺ nos deo optimo maximo auctore ꝑperamꝰ in materia proposita pro virili facturos: igiꝯ vobis generosi milites ac Marti cõsecrati animi nobilissimi: ⁊ extra aleã utilitatis positi: materiam Duelli exacte tradere cupiẽtes: tũ demũ facile faciemus si superflua resecauerimus attinẽtia: ⁊ que vera cõmuni intellectu habentur ⁊ obseruantur scripserimus: ⁊ si qua antiqua tetigerimus: potius ad declarationem: ⁊ vt etiam illius antiquitatis nihil penitus ignoretur a nobis tradentur. In quatuor igitur libris suis ordinatis caplis distinctis tota materia Duelli claudetur: In primo que psone prouocare: ⁊ ꝓuocari possint: dicemꝰ nã de personaꝫ Duello scribimus: nõ de bestiarum certaminibus: igiꝯ non ab re ab ipsis incipiemꝰ Secũdus liber causas certaminis seu Duelli continebit. i. que cause recte mouere possint prouocantem: ⁊ prouocatum: In tertio modꝰ certaminis inseretur: ⁊ electio iudicis ⁊ armorum: ⁊ loci veritatis sic habende: Quartus questiones: et casus emergentes: de quibus dubitari sepissime solet: amplectetur qui totam materiam huius martialis iudicij absoluet: sed pro clariori euidentia: antequã ad rem veniamus: dicemus quid sit duellum: et si aliquo iure Duellum permittatur: ⁊ qui possint ipsa duel

la concedere. Jté ⁊ in cañibus: queſtionibuſq; occurrẽtibus: ⁊ emergentib⁹ in hac materia Bꝫ telli: ſint ne attẽdenda iura Romanorũ.

Duellum igitur apud Latinos Bellum ſignificat (ita.n. antiqui vocabant) q̃ duabus partibus de vi croria contendẽtibus dimicabatur: a quo per duellos dicti ſunt hoſtes: vt in.l. quos nos hoſtes. ff. de verbo.ſig. ⁊ per duellio crimẽ Leſe maieſtatis: itez ⁊ qui idem crimẽ cõmiſit: ⁊ a Bello bellona: quam Duellonam quoq; apellabãt: que erat belli dea: ac Martis ſoror: hic duello. aſ. p bello aſ. oponũt humaniores Quintilliano teſte: ita ⁊.n. inter hec duo nomina bellũ: ⁊ duellũ: affinitas fuit: vt quidaz ꝑ bello duellu⁹ dicere auſi ſint: ſicut ⁊ veteres donum pro bono ſcripitabant: nam non tantum duorum: vt quidam extimauerũt ſed ⁊ plurium recte dici duellum poteſt: alioquin non bene diceretur a Plauto duellum inter Thebanos: ⁊ Theleboas: ac ab Horatio gretia Barbarie Lento Colliſa duello: ex quibus omnibus facile colligi poteſt: Bellum ⁊ duellum idem ſignificare. Verumtamen apud ipſos etiam Latinos duellũ pro ſingulari certamine capi ſolet. in quo quidem ſignificatu apud Juriſtas acceptum eſt. vt et de hoc duello: ſiue ſingulari certamine ſcribere nobis in voto ſit: prout etiaz differt a torneamentis vt in titu. de torneamentis: vbi ſcribentes differentiam ponunt ab ipſis ſimiliter: etiam ab aljs pugnis: ⁊ colluctationibus vt ibi per eos: nam iſta pugna offertur: ac recipitur probatiõe defficiẽte ſtantibus tamen inditijs vt infra videbimus.

Duellum itaq; diffinit Hoſty. in ſumma de clericis pugnantibus: in duello: eſſe videlicet ſingularem pugnam inter aliquos ad probationem veritatis inuẽtam: nam qui vicit: probaſſe intelligitur. ⁊ ſi non vicerit: in probatione defficiſſe non ambigitur iſtã diffinitionem refert: ⁊ ſequitur. Joã. de anna. in rubritu. ſupra allegato. Joan. vero de Lignano in tracta. ſuo. de duello ſic diffinit. Duellum eſt pugna corporalis: deliberata: hincinde duorum ad purgationem: vel gloriam oſtendendam: vel odij exaggerationem tendens. dixit. hincinde deliberata: ad differentiam pugne que fit ob neceſſariam defenſionem ſui: de qua in.l. vt vim. ff. de iuſti. ⁊ iure. ⁊ .l.j. C. vnde vi. cum aljs: nam in tali pugna non eſt delibera-

tio ex parte aggressi regulariter: sed ex parte aggredientis tantum: vel neutrius: vt probatur in clemen. si furiosus de homicid. in duello autem est vtriusq; deliberatio: pugna autem duorum ad differentiā contractus: qui inter duos celebratur ex mutuo partium consensu: vt Institu. de obli. ex consen. corporalis dicitur ad differentiam pugne iuditiorum: que fit inter duos: vt pote inter actorē: ⁊ reum. l. p' perandum de iuditijs. C. ⁊ capitulo. fo. de verbo. signi. dicit etiā ad purgationem: vel gloriam commostrandam vel odij ad exaggerationem: nam per hoc tangitur secundum dictum. domi. Joan. de Lignano finis ⁊ effectus ipsius: ac etiam species eliciuntur: videlicet q triplici de causa fiat duellum: quādoq; n. fit propter odij exaggerationem quando. scilicet naturaliter: ⁊ absq; alia causa: quis alteri inimicatur: ⁊ tali odio naturaliter inter se orto: descendunt quidā ad se inuicem examinandos: vel exterminandos: Et tale ius naturale: quo quis ita mouetur: prouenit ex instinctu nature prouenientе ex sensualitate quadam ad aliquid appetenduz: ⁊ sic sumitur ius naturale. in secundo suo significatu secundum glosam in capitu. ius naturale prima distinctio. ⁊ in. l. prima. §. ius autem naturale. ff. de iustitia. ⁊ iure. et banc duelli causam persequitur late declarando. domi. Joan. de lignano in. d. trac. suo de duello in .c. circa tertiū.

¶ Quandoq; ⁊ secundo fit Duellum: gratia virtutis ostentande: ⁊ de his duabus speciebus pauca dicaz: me remitto ad dicta per. d. D. Jo. in loco preallega. vbi nonnulla congerit: ⁊ quidem pulchra: admodum ⁊ subtilia.

¶ Quandoq; ⁊ sic: tertio ⁊ vltimo Duellum fit ad se expurgandum de aliquo obiecto delicto infamia: vel iniuria: et in hac causa: siue duelli specie totus erit processus noster. Unde vltra dominum Joannem in loco predicto: ego declaro diffinitionem suam in verbo. Duorum vt capiatur in neutra determinatione. ⁊ resoluatur duorum. idest duarum partium. ¶ Nam accidit quandoq; Duellum inter plures quam duos: vt apud Romanos fuerunt tergemini apud Cantaliti um de Duello Hyspanorum: ⁊ Ballezū: ⁊ Itaioz quod etiam frequenter bis nostris temporibus accidere solet ⁊ secūcundum hoc etiam intelligenda est etymologia: quam ponunt Hostiēn. ⁊ alij scribentes in. d. loco. Duellum videlicet quasi duorum bellum: hoc est duaruz partium bellum: ⁊ hec probantur ex his: que proxime dixi de significatione duelli apud Latinos ex quibus colligitur quid sit duellum: quisq; vero teneat quam maluerit: diffinitiq

nem dupliciter habeatur notitia duelli: prout supra declaratus est. Sciendum tamen est: duellum fieri nō posse absq; superioris auctoritate: & cum armis debitis: vt. J. latius declarabitur: ex quibus & aliis multis facile mouderi potuissent dicte diffinitiones: attamē satis ex dictis habetur quid sit duellum.

Successiue videndum est iure an aliquo permissus dicatur duellum: circa quod multa dicunt doct. & varie loquūtur maxime Paris de put. in libro. j. de remili. & duel. sub c. in pugna: & duella singulariū personaruz sint permissa de iure diuino Vtcūq; articulum ꝑsentem nos perstringemus: vt & in ipso sicut in ceteris breuitati magis: ac intelligentie competenti studuisse videamur: q̄ laborioſe cumulationi vt vtar verbis glo. in. l. ī honorarijs in glo. magna in fi. ff. de act. & obli. Duellum igitur siue proueniat ex naturali odio: siue ex ostendende virtutis gratia: siue causa purgationis quod quidem strictius duellum nuncupatur: & de quo erit totus pene sermo noster (ego ipsum dico & de iure diuino: gentiū: canonico: & ciuili esse prohibitum: & ꝙ hoc sit verus de iure diuino: ostendo sic. Nam quotiēscunq; aliquid iure aliquo inhibetur inhibitum etiaz cēsetur omne id per quod peruenitur ad illud sed de iure diuino homicidium prohibet: ergo & genus duelli: quia per ipsum pōt ad homicidium peruenire: probat maior per. l. ofo de spōsa. minor probatur diuino precepto: nō occides. Quod aūt per duellum perueniatur ad homicidium: nemo sane mentis negabit: & ista ratio habet locum in omni specie duelli superius assignata potissimum q̄n ꝓuenit ex naturali odio hoc est q̄n alicui qs naturaliter inimicat propter quod solum odium proximum suum. Vult et cupit exterminare. & si obiciat de bello respondeo esse secus cum sit de iure gentium q̄n fit vt in pace viuatur. Cōfirmatur precedens ratio nam quilibet actus ille dicitur a iure diuino ꝓhibitus: qui alienus est a fōte charitatis. c. nō satis. lxxxvj. dist. sz huiusmodi duellū est ergo &c. maior probatur nam charitas dicit esse fundamentum omnium virtutum: & exclusio quorūlibet vitiorum de peñ. disti. ij. c. Charitas & quasi per totā illā dist. & sic alienum a charitate est contra naturam: & ꝓpterea sapit vitium nimirū. sic consequenter est ꝓhibitum a iure diuino: probatur minor nam charitas est dilectio dei & proximi vt dicto capitulo charitas. item dilectio proximi sicut sui ipsius. c. proximos de peniten. distin. ij. Sed duellans duellat admittus vt vincat proximum: & sic non diligit proximus ut tradit alex.

& moderni i. l. si ex legati causa. ff. de verb. obli. ergo prohibetur iure diuino & ista ratio potissima est: quando duellum in spectaculis fieret propter victorie gloriam non nego etiam quin locum habeat in duello ex alijs causis supra numeratis facto.

Reterea & tertio omnis ille actus de iure diuino censetur prohibitus: per quem fieret tentatio dei sed duellum huiusmodi est maxime quando purgationis gratia fieret: &c. maior patet per tex. in c. fi. de purg. vulg. & per illud euangelicum nō tentabis dominū deum tuum dicitur. n. tunc tentari deus cū peruenitur ad aliquid contra naturā quod producibile non est nisi per miraculū fiat: vt est videre in duello purgationis. Nam naturale est ꝙ fortior: & ingenicfior: minus fortem: & ingeniosum vincat: & superet: per quod tamen duellum queri mus: vt victoriam obtineat ille talis & vt ipsius iustitia declaretur: & propterea deus tentatur vt miraculum faciat. xxij. q. ij. c. queritur cur patriarcha mentiri voluit &c. Quarto & vltimo facit quia omnis ille actus de iure diuino prohibitus dicitur qui inuentus est fabricante diabolo Duellum autem est huiusmodi igitur &c. maior probatur nam nihil commune inter lucem & tenebras existit: minor patet per. c. monomachiam. ij. q. v. & c. consuluisti cadē causa. & q. & si detur instantia de Sanſone: qui multos occidit: & seipsum. xxiij. q. v. si non licet & quod legitur de Dauid & Golliae quia respondetur ista & similia non obstare cū facta fuerint sancti spiritus inductione ſm August. in lib. j. de ciu. dei. & transumptiue in. d. c. si non licet vel respondet vt per Imol. in. c. nisi cum pridē de renū. & per Feli. in. c. ad audientiam de homici.

Similiter Duellū prohibitū est de iure gentiū: nam licet aliqua species ex odio naturali proueniat vt supra dictū est illud tamē ius naturale non attenditur cum ex quadam sensualitate proueniat: sed attendi debet naturalis intelligētie dictamē: cōtrariū dispōnes: & cui obtēperādū ē: nā illa naturalis dispositio non necessitat: sed vnicuiq; insitū est arbitriū liberū: vt habet. xxiij. q. iij. de tyrijs &. c. Nabucodonosor & tradit philosophus in. iij. ethi. eorum: sed efficatius Ptolomeus in centiloquio. Vir sapiens do-

minabitur aſtris: A ide intelligentia diſponit in contrarium diſpa
ſitioni corporali: que prouenit a naturali principio ſenſualitatis: nã
ſinguli homines ad ſingula naturaliter inclinantur vitia quidã enim
ſuperbi ſunt: quidã luxurioſi: quidam auari ⁊ ſic de alijs vt latius
exoriditur Julius maternus in aſtronomico ⁊ papa Pius de quarũ
dam gentium ritibus ⁊ tamen nõ excuſantur: quia preciſe nõ neceſ
ſitantur. d. c. nabucodonoſor cõfert huic etiam apoſtoli dictuꝫ ſentio
aliã videlicet legẽ in mẽbris meis repugnantem legi mẽtis mee: cui
legi mentis ſtandum eſt: vt ſupra concluſi. ⁊ ſic infertur genus hoc
Duelli eſſe prohibitum iure naturali: prout ſumitur pro naturali in
telligentia ex qua inſurgit cauſa ⁊ equitas diſponens in obſeruatio
ne vniuerſi que reprobat hominis exterminationem: que tendit ad
mundi deſtructionem: nam quorũdam hominum exterminationes
tendunt ad mundi conſeruationem: vtpote cum mali exterminantur
intereſt. n. reip. vt tales puniantur vt. ff. ad. l. aqui. l. ita vulneratus
in fi. ⁊ ſic probatum eſt illud etiam genus duelli proueniens ex odio
naturali eſſe prohibitum de iure gentium.

A contrarium aũt q; immo non debeat eſſe prohibi
tum arguo ſic. Nam genus duellandi quod ſit pro
pter fortitudinis experientiam: que quidem eſt vir
tus moralis: ⁊ Cardinalis non debet prohiberi iure
ipſo gentium: nam virtutes morales earũq; exerci
tia eo iure vſq; quaq; non ſunt prohibita. Et aduer
te qnia hoc argumentum videtur ſolum procedere in duello illo: qõ
gratia virtutis oſtendende perficitur: in quo quidem ſit experitio: et
aggreſſus qõ propteres non eſt proprie duellum vt infra videbis: ſꝫ
pro nunc accipiamus id perinde ac ſi proprie foret duellum. Unde
pro huius contrarij euidentia ſciendum eſt qõ reperitur fortitudo:
que virtus eſt moralis ⁊ Cardinalis: ⁊ nec illa nec ipſius exercitiuꝫ
de ipſo iure gentium prohibetur. Sunt etiam fortitudines ſimilitu
dinarie: de quibus philoſophus. iiij. ethicorum de for. ⁊ ſunt quinq;
nam quidam alios aggrediuntur timore pene quia fugientes de bel
lo puniuntur. l. j. §. is qui ad hoſtes. ff. de re mili. ⁊ fere per totum il
lum titulum: quidam aggrediuntur propter experientiam actus bel
landi: vt ſunt ſtipendiarij ⁊ iſti facile aggrediuntur ⁊ facilius fugiũt
vt inquit philoſophus loco quo ſupra: qõ tamẽ intelligo: quando nõ
ꝓ aliud cũ ꝓpte ſtipendium bellant: nam ſi id facerent ob honeſtã

cauſam

cauſam:coincidunt cum vera fortitudine:vt eſt videre in militibus ſtrenuis:quos nõ terror armorum:machinarumq3: ſtridores:vllatenus mouent:ꝛ qui malunt mori pro repub.aut rege ſuo(que quidem mors non mors:ſed vita potius eterna dicenda eſt:multo optabilior bonis)q3 cũ dedecore laute ac molliter viuere ꝛ in delitijs more ſardanapali non hominis:ſed pecudis ac epicureorum eius cõſectaneorum. Quidam aggrediuntur propter iram nõ deliberantes periculum. Quidam aggrediuntur propter ſpem non credẽtes ſubeſſe periculum nec aliter aggrederentur. Quidam aggrediuntur propter mundi gloriam:quia fortes laudari ſolẽt:ac timidi vituperari:ꝛ iſte ſunt fortitudines ſimilitudinarie ad veram fortitudinẽ in qua oportet vt quiſpiam operetur ſcienter:nam opus ignoratum:nõ eſt opus virtutis:ſecundo requiritur q̃ ſit eligens:tertio q̃ propter bonitatẽ ꝛ operis honeſtatem in ſe:non autẽ propter aliquod extrinſecũ:quarto q̃ operetur firmiter:ꝛ delectabiliter:nõ ſimilitudinarie:vt in his de quibus ſupra que licet inter ſe ita ordinate ſunt vt alia:alia min⁹ a vera differat omnes tamen in hoc deficiunt q̃ operantes ſecundum illas non operantur propter ſe.i.propter bonitatem:ꝛ honeſtatem operis ꝛ hec colliguntur ex philoſopho in loco preallegato: itelligas tamen q̃ bonitas ꝛ honeſtas virtutes ſe habent in expetendis-beſtibus:vt in pace viuatur propter hoc.n.bella fiunt vt inquit Cice.officiorum primo ꝛ hoc quo ad ius gen.

¶ De prohibitione duelli iure Cãn.iura ſunt clara:ꝛ aperta videlicet tit.de cler.pu.in duell.iũc.nigro preſertim.c.fi.in prin.idem probatur de purg.vulg.per totum maxime in.c.j.ꝛ expreſſe in.c.fi.eiuſdem titu.in fi. Cũ alijs:ꝛ rationes iſtorũ iurium ſunt ille:quas aſſignauimus de iure diuino:nam ius canoni.quo ad probatiõem ꝛ permiſſionem imitatur precepta legis diuine:qua hec duellum eſt inhibitum:vt ſupra dictum eſt:ꝛ per hec me expedio de iſto articulo tanq̃ indubitato.

Superest modo videre quonam modo de iure ciuili duellũ dicatur prohibitum:circa quod maior difficultas verſatur q̃ in precedentibus:ꝛ propterea bene aduertẽdus eſt proclarior igitur intelligentia quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt ꝛ clariora redduntur:vt inquit philoſophus. In primis oppono de tex.in.l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione.ff. ad.l.aquil.vbi videtur text.de plano q̃ duellum dicatur permiſſum de iure illo.

¶ Secundo arguo sic nam quilibet qui propulsat iniuriam: ⁊ fa-
mam suam defendit: maxime superioris auctoritate: ciuiliter agit.
Sed duellans facit huiusmodi ergo iure ciuili permittēte: maior pro
batur per tex. in. l. vt vim. ff. de iusti. ⁊ iure cum alijs: minor vero pa
tebit ex his que in toto hoc processu nostro dicent nam intentio duel
lantis non est ad aliud tendens nisi vt honori proprio satisfiat: ⁊ sic
cum defendat ergo ⁊c. Et q tunc sit iustum duellum comprobatur:
nam ℙapa ℳartinus cum esset questio de regno Sicilie inter re-
ges ℙetrum de Arragonia: ⁊ Carrolum: indixit eis bellum vt pu
gnarent cum cētum militibus: ⁊ qui esset victor regnū obtineret ⁊c.

IN contrarium tamē facit text. de iure. C. in. l. vnica
de gladi. libro. xj. vbi tex. est planus omnino prohi-
bendo: verba. n. ita se habēt: cruenta spectacula in
ocio ciuili: ⁊ domestica quiete non placent: quapro-
pter omnino gladiatores esse prohibemus: sed que
magis dicentur spectacula cruentaq; q̄ ipsa duel-
la: ergo omnino prohibenda.

IBem ostendit etiā fortissima ⁊ efficacissima ratiōe
Joā. de ligna. in trac. suo circa quartum in. y. colū.
que sic se habet in forma: omnis ille actus censetur
inhibitus a iure positiuo: per quem fit exclusio iuris
positiui: sed Duellū: de quo loquimur est huiusmo-
di ergo: probatur maior nam si probata est obseruā
tia mandato legis positiue ergo obseruantie exclusio: est inhibita: nā
sicut operatur propositum in proposito ita oppo. in oppo. insti. de his
qui sunt sui vel alie. iur. in prin. ⁊. ff. eo. probatur minor nam iure po
sitiuo introducte sunt actiones tam ciuiles q̄ criminales: vt conclu
ditur. in. l. ex hoc iure. ff. de iust. ⁊ iure ⁊ tota forma iudiciaria p quā
proceditur ad iuris declarationem vt in. l. properādum. C. de iudi.
⁊ ad hunc finem solū introductio facta est: vt vnicuiq; reddat qđ suū
est. xij. q. j. deuotissimam ⁊. l. iustitia. ff. de iusti. de iur. cum simil. sz
duellando omnis hec obseruantia penitus abolet: ⁊ excluditur ergo
hoc duellum a iure ciuili est prohibitum.

Confirmatur

Confirmatur quia omnis ille actus a iure positiuo est inhibitus: per quem partibus iustitia denegatur ⁊ eisdem iniuria irrogatur: duellum autē est huiusmodi ergo ⁊c. probat maiorē i. §. iuris precepta isti. de iu. ⁊ iu. ⁊ l. c. ex parte de offi. deleg. ⁊ ad hūc finez solū diuinitus sunt ꝓmulgata positiua iura per ora Principū vt in. l. vlti. C. de long. temp. prescrip. viy. dist. quo iure: probatur minor quia per hoc duellum aliquando contingit innocentem succumbere in ipso: ⁊ per consequens sibi iniuriā inferri ⁊ propterea non fit iustitia: prout ius vult.

¶ Unde pro declaratione istius articuli: sciendum est ꝙ communiter doctores affirmant: duellum regulariter esse prohibitum secundum legem romanorum per. d. l. vnicam ⁊ est tex. optimus in. l. negātes. C. de acti. ⁊ obli. cum aljs si. ⁊ vides etiam quantū stringant rationes preallegate.

¶ Limitatur tamē predicta regula in casu puta si quis intra tempora pacis hominem occiderit ⁊ constet. de homicidio nā tunc capitali pena plectendus venit: tanqz pacis fractor nisi forte per duellū probare voluerit: ꝙ hoc fecerit se defendendo.

Limita. etiā in alio casu: quādo intra tempora pacis alium vulnerauerit. Nam punietur de vulnere: nisi per duellum probare voluerit. ꝙ illud se defendendo patrauerit: qui duo casus ambo habentur in libro feud. in tit. de pac. ten. ⁊ eius viola. c. j. primus est in. §. si quis hominem infra pacē. Secūdus est in §. si quis hominē in eo. c. j. ⁊ est casus in. §. si miles aduersus militem eo. c. vbi dicitur: ꝙ non datur facultas pugnandi militi: etiā in casu permissō: nisi probet: ꝙ ipse ⁊ eius parentes fuerūt milites: ⁊ videt ibi probari: ꝙ pro qualibet causa capitali possit miri duellū: glo. ibi tenet cōtrariū: vz ꝙ id regulariter fieri nō possit: nisi i casu ꝓmisso qui tres casus ad litteram probantur absqz aliqua difficultate in. d. const. Est etiam aliuscasus in. c. nec est de alie. feu. pa. vbi tex. refert l. longobardorum: que dicta: ꝙ de felleonia aut de infidelitate pugnā fiat: ⁊ etiā cōsuetudinē contrariam allegant: ⁊ sic vtrūqz refert ē do videtur approbare: cum cōtrariū nō dicat. s. consuetudinem vbi est: ⁊ preter locum vbi ipsa consuetudo sit: ꝙ etiā lex longobardorum locum habeat in casu infidelitatis de quo ibi.

Aliqui etiam predictis adnumerant q̄ similiter duellum dicatur permissum in crimine lese maiestatis: inter quos est Bal. in. l. qua actione. §. si quis ad. l. aquil. alleg. not. insti. de ber. que ab inte. desse. §. per contrarium ⁊ sic bal. ibi videtur. Sequi opi. Pola. quam etiam dicit gl. posse defendi per plura iura: ibi allegata: que presupponunt pugna fieri posse: tamen idem Bal. ⁊ glo. in. l. cum filius. §. fi. de leg. ij. tenent contrariū. Paris autem de puteo transit cum prima opini. in tracta. de Duel. in. c. an pugne ⁊ duella singularium personarum. Sed opin: Plac. cū seq. est manifeste falsa per ea que diximus de duello in primo euidenter nam non dicitur crimen perduellionis vt per duellum admittat: vt ibi ⁊ in. l. quos nos hostes de ver. signi. ⁊ propterea manifesta est equiuocatio Place. ⁊ verior opi. glo. in. d. l. cum filius. §. fi. quidqd dixerit glo. in. d. §. per cōtrarium ⁊ sic non est annumerandus iste casus predictis.

Ad propositum igitur nostrum redeundo: dum dicebamus haberi pro regula duellum ipsum esse prohibitum: nam cōtra id obstat tex. in. d. l: qua actione. §. si quis ⁊ ratio superius assignata: sed non discedendo abista opin. respondeti potest: q̄ speciale sit in casu dicti. §. fm q̄ etiaz sentit Paris de puteo in loco supra allega. Declarando tamen huiusmodi specialitatez in quo consistat: dicendum videtur: q̄ duellum vt supra dictū est: procedat triplici de causa ⁊ ideo. d. §. Si quis in colluctatione loquitur in vna tantum specie duelli: videlicet in illa: que procedit causa virtutis ostendende: qō manifeste probatur in. d. §. ibi cessat aquilia: ga glozie causa. ⁊ virtutis non iniurie gratia videtur damnum datum: ecce qualiter loquitur in dicta specie. Sed cum duellum se extendat ad alias species: vt supra dictum est: maxime ad duellum: qō fit gratia purgationis. Sequitur q̄ regula: stat firma: ⁊ casus: d. §. si quis annumerari debet: inter casus speciales supra numeratos.

¶ Joannes autē de ligna. multum subtiliter soluit: triplicem assignando. legis permissionem: quedam dicit ipse est. permissio simplex que est permissiua ⁊ indulgēs pene de qua habet. inj. distin. §. deniqz nam ibi glo. dicit q̄ fit mentio pene non culpe.

¶ Secunda permissio est: que tollit impedimentum eius quod permittitur vt in. c. iudei: ⁊. c. ⁊ si iudeos de iude. vbi probatur q̄ iudeis permittitur habitare inter nos: nam tolluntur impedimenta impedi

entia:

entia: vt possint secundum eorum ritum habitare nobiscum.

¶ Reperitur etiam tertia permissio que prestat adiumẽtum actui qui permittitur scõm q̃ dicimus ecclesiam permittere clericum a iudice seculari occidi prestando iuuamen: quia ipsum pretori seculari tradit: vt .c. cum non ab homine de iudi. c. falsariorum ꝛ. c. nouerit. de crimi. falsi. secunda ergo permissio addit supra primam quia impedimentum tollit quod non faciebat prima sed solum remittebat: tertia vero addit supra secundam quia prestat iuuamen actui permisso quod non faciebat secunda que solum impedimentũ tollebat. Et ista quoadaptando ad propositum nostrum dicit Joan. de ligna. q̃ si bene ponderetur. §. si quis in colluctatione ibi tex. remittit penam occidenti in colluctatione: ꝛ subditur ratio: quia non fit iniurie causa: erit igitur permissio prima que est pene remissiua: dicit Jean. de ligna. q̃ non reperitur iure cautum: q̃ uellum fit permissum secunda vel tertia permissione nam lex ciuilis imponens penam pro homicidijs imponit propter uolum. Et dicit Barto. in. l. quid ergo. §. pena grauior. in. ij. colũ. ff. de bis qui no. infam. cum sexcentis concor. vt per Jason. in. l. j. §. q̃ pretor in prin. ff. ne quis eum qui in ius. vo. ꝛ sic quia hic uolus habetur lex ciuilis penam remittit scilicet in quã icidisset si uolus affuisset iste intellectus multum videtur applaudere litere ꝛ mẽti illius tex. ꝛ ꝓptera ifertur. d. §. si qs nõ obstare ꝓdicte regule

¶ Non ob. ꝛ ratio cum sua confirmatione in oppositionibus assignata: quia fateor iustum esse: defendere honorem: ꝛ famam superioris auctoritate: sed negatur q̃ propter hoc debeat ad uellum peruenire. Sed scõm remedia iuris agendum est: vt superius i ratione ad oppositum allegata monstratum est ꝛc.

Ad confirmationem vero respondeo. Sic: q̃ Papa Martinus non concessit uellum inter illos duos reges sed bellum potius astrinxit ad paucos: vel secũdo dico ꝛ audacter q̃ perperam fecit vtendo tam falaci probatione vt superius dictum est ꝛ infra etiam dicam i dictis etiã casibus exceptuatis a dicta regula annumerant plures alij de iure lõgebardor̃ quos omnes infra ponemus i libro secõ. tamen videt circa istũ articulũ esse cõsiderãda v. iura videlicet ff. ix. ius codicis: ius feudorũ: iura lõgebardorum ꝛ cõstitutiões regni seu alterius prouincie. Itẽ cõsuetudo ipsor̃ militũ

¶ Preterea considerãdum est: q̃ nos tractamus de illo uello qõ gratia purgationis fit: ꝛ hodie est i usu militũ nobilium seu maritalium: qõ proprie uellũ est capiendo pro singulari certamine: ꝛ non

inuenio ius aliquod:nec ciuile:nec canonicum:quod aliam pugnam
vocet duellum preter hãc. Et non obstat q̃ supradictum sit:tres esse
duelli species ex mente Jo.de ligna.quia illam distin.iure probari
non inuenio licet bene teneri possit:tres esse pugne species capiendo
pugnam in genere:nam si in specie capiatur plures erũt vt statim di
cam:ex quibus patet q̃ superflue ponuntur illa verba gloriam con
dendam vel odij exaggerationem:in diffi.duelli. Joan.de ligna. su
perius assignata: tunc sic respondeo ad.l. qua actione.§.si quis in
colluctatione q̃.nõ loquitur de duello:de quo nos loquimur videli
cet quod sit purgationis gratia:sed loquitur de pugna que olim fie
bat exercitatiõis causa:ꝛ sic erant quinq̃ species ẽm Festũ Pom
peium:iactus videlicet disci.Cursus:saltus:iaculationes. atq̃ lu
ctationes ꝛ est preterea aduertendum quatuor esse ludorum genera
olimpia.s.Pythia Jsthmia ꝛ Nemea:olimpia.n.fiebant in hono
rem Jouis:Pythia in honorem Apollinis:Jsthmia Palemonis
nemea Archemori:Unde grecum epigrãma:quattuor exercet cer
tamina grecia sacra:Mortali duo sunt ꝛ duo sacra deo:Sunt Jo
uis ꝛ Phebi:Palemonis Archemoriq̃ Pinum:oleam: A piũ po
maq̃ victor habet qui omnia vincebat pãchrasiastes erat:Unde de
tali panchratio reor.§.si quis intellexisse.Et sic habes ex predictis
q̃ de iure ffor̃ non dicatur duellum permissum.Si vis tamen tenere
opi.Jo.de ligna.teneas etiam ipsius resolutionem:que etiam vult
q̃ de iure ffor̃ duellum non sit permissum:Attamen ego tibi dixi qd
sentiam ex opinione mea:De iure autem.C.nõ inuenio:vsq̃ quaq̃
permissa:immo in ratione.l.vnice de gladi.inuenio ipsa prohibita:
de iure vero feudorum longobardorum regni constitutionum ꝛ con
suetudinis nulli dubium est q̃ omnino sunt prohibita exceptis non
nullis casibus in quibus reperiuntur concessa vt supradictũ est tamẽ
non ꝓpter hoc sequit:q̃ de iure ciuili dicantur ꝑmissa:capiẽdo ius ci
uile pro romanorũ iure ꝛ hoc sentit glo.fi.in.l.cum filius in fi.immo
istud expresse dicit ꝛ glo.j.in.c.j.de cler.pugn.in duell.ꝛ Hostiẽ.in
summa in dicto titulo. Ulterius etiam dico adherẽdo opinioni Ho
stien.in dicto loco:q̃ nullo casu aut modo duellum ipsum dicatur per
missum:ꝛ q̃ iura longobardorum:seu constitutiones regni:ꝛ cuius
cunq̃ alterius prouincie ꝛ consuetudo militum circa duellum sunt
nulla:ꝛ nullius momenti:Item q̃ quelibet lex:que sup hoc permit
tendo disponeret:presupponendo.q̃q̃ agit de peccato standũ est iu
ri canonico in vtroq̃ foro:nõ aũt ciuili:ex.in.c.nouit de iudi.ꝛ in.c.
.j.ꝛ.ij.

i.ꝛ.ij.de noui.ope.nun. Sed hic agitur de peccato igitur ꝛc. maior nota eſt: minor autem probatur per ea que ſupra dicta ſunt loquendo de iure diuino gentium: ꝛ canno. ex eo quia deus tentari videtur ꝙ fieri non debet. ij.q.v. meuemachiam quia ſic pugnantes agunt: vt in pugna deus oſtendat miraculum: nam credunt ꝙ habens iuſtam pugnandi cauſam: victor euadet operante diuina diſpoſitione: ꝛ talis probatio non eſt efficax: immo falax: cum in ea vt plurimum minus fortis ſuccumbat: nam non profecto de facili duo reperiuntur duellantes eiuſdem fortitudinis: ꝛ induſtrie: ac inuenta duella ſunt diabolo ſuadente. ij.q v. monomachiam vt ſic homines ſe trucidarent vt inſurgeret animarū perditio nec contraria conſuetudo excuſabit. Sicut quidam dicunt inter quos paris eſt de puteo multas ſuper hoc accumulando rationes in loco ſuperius allegato: que omnes fundantur in ratione falſa: in quo etiam ipſum iudico ſibiipſi cōtrarium: ꝛ repugnātem in fine. n. concludit: ꝙ concedens duellum: ꝛ duellans in foro anime peccat: Si igitur peccat habeo intentum: ex ſupradictis: ex quibus infero: ꝙ nō tm̄ duellū ſz torneamēta pugne ac tauraꝝ ſpectacula ꝛ oīa ex qb⁹ facile veniri poteſt ad exterminationem hominis. Sunt valde fugienda: niſi iuris gentiū ratiōe admittant. Sicut ſunt bella: vt in pace viuatur: de quibus preſens nō eſt ſermo: ꝛ ſic princeps religioſe faceret. Si duella nuſqꝫ concederet. ꝙ quidē obſeruant catholici reges Hiſpanorum: preterea caueant duellantes ne animas perdant propter honoris fucum: dubito tamen: ꝛ valde dubito: ſi predicta aduerſus infideles procedant: vt ad. l. noſtram accedant minus dubium eſſet: ad reſiſtendū m eis ne nos impediant: tamen etiam dubium eſt: nam non video ꝙ Chriſtus armis ſe defenderet immo oīno prohibuit dicendo Petre conuerte gladium. Ut habetur tranſumptiue in. §. j. xxiij. q j. ꝛ. q. fi. §. j. ꝛ patrem ꝓ eis rogādo dicēdo pater ignoſce illis: q⁹ neſciūt qd faciāt. Nec ob illud de Sāſone ꝛ Dauid cum Gollias ꝛ in ſimilibus q⁹ ipſi ſunt caſus ſpeciales vt ſupra dictum eſt: ſunt ꝛ. ij. alia remedia abſqꝫ eo ꝙ per duellū fiat. ſ. iudicendo bellum in caſibus permiſſis: ꝛ vt in pace viuatur: de qua materia non eſt ſpeculationis p̄ſentis tractare: ꝛ ſic qdqd dicāt alij magis ipe inclino in hanc iuſtiſſimā ſententiā: ꝛ ſi dicas ergo non eſt opus vt vlterius procedas: niſi ꝙ in tua religione perſiſtas emiſſa materia duelli: alijs audacius diſcutienda: quia reſpōdeo me huc vſqꝫ dixiſſe: que fieri debeant iuxta religionem: ſed quia video nobiles ac generoſos milites contrarium obſeruare: ꝛ ille inuictus animus minime tolera-

re poteſt oppꝛobꝛia latrantium canum: qui ſemper inbiant detractio
ni honoꝛis alteꝛius: ⁊ licet de facto tamen dicti martiales honeſtius
qꝫ fieri poſſit: buiuſmodi purgationem querũt: que quidez honeſtas
ſub regulis duelli cõpꝛedunt: Ideo ⁊ nos poſtqꝫ aĩe conati ſum⁹ pꝛo
uidere honoꝛiqꝫ militũ qui nobis ſemper in maxima habitus fuit ve
neratione ſatisfacere curabimus: vt ex infra dicẽdis apparebit: que
quidem pꝛouincie etſi ſit impar humeris noſtris: ſperamus futurũ vt
auctoꝛe Deo ex his que veridicis ab auctoꝛibus ⁊ inſpectione ipſius
met artis militaris cõſpexim⁹ (multa ⁊.n. buiuſmodi in caſtris Ce
ſareis vidimus) in hoc preſenti opuſculo vobis generoſi milites tra
damus: que preſertim communi in vſu ac viridi obſeruantia his no
ſtris tempoꝛibus obſeruantuꝛ: ⁊ ſic cum laude Dei per hec maneat
expeditus iſte difficillimus articulus.

¶ Circa tertium vero euidentiale: qui poſſunt vꝫ ipſa duella conce
dere: inſiſtendũ nunc venit: circa quod doctoꝛum conclu. eſt: ꝙ id poſ
ſint Imperatoꝛ: Papa: Rex. vel alius pꝛinceps nõ recognoſcens in
ſuo Dño ſuperioꝛem. niſi deum: vel enſem. Similiter etiam popu
lus: qui haberet regalia in terris ſuis: ⁊ ſumma quilibet: qui poteſt
bellum indicere: ſeu mouere per. l. primam vt armo. vſu. C. ⁊ glo. in.
l. hoſtes. ff. de capt. ⁊ late per pari. de puteo in dicto. ſuo tractatu in
c. quis poſſit libꝛo pꝛimo: vbi ifert ex dictis ꝙ quilibet Rex. Dux. vl
Baro liber: poteſt hanc licentiam concedere. argu. c. duo gueram.
Cum ibi not. hic finitur lex coꝛra. ſecus vero ſi talis dux: comes: ⁊ ba
ro recognoſceret ſuperioꝛem in ſuo Dominio: quia buiuſmodi officiũ
ſolius eſt pꝛincipis. d. l. prima vt armo. vſus: ideo pꝛeſes pꝛouincie:
vel alius licet habeant merum: ⁊ mixtum imperium: tamen quia re
cognoſcunt ſuperioꝛem non poſſunt concedere per rationem ſupꝛadi
ctam. etiam dux exercitus: ſeu capitaneus generalis poteſt in caſtris
ſuis duella concedere: ſecus autem extra metas caſtꝛoꝛum vbi nõ ha
bet iuriſdicti. Ex dictis habes: qui poſſint concedere duella: qui etiã
duelli iudices competentes dicantuꝛ: tñ multum aduertant iſti domi
ni in concedendis duellis quando requiſiti fuerint a nobili vel milite
pꝛo loco pugne in ſua iuriſditione: vt pꝛius aſſumant iudicium duel
lantium: ⁊ examinent cauſam arg. eoꝛum que dicit Barto. in. l. pꝛo
latam. C. de ſen. qui iure belli ⁊ ex armoꝛuꝫ vſu eſt ꝙ ſi nobilis miles
aut paganus pꝛouocatus vel laceſſitus iniuria vel notatus aliqua in
famie labi vbi non eſt probationis copia requirat aliquem pꝛincipẽ
regez: aut locum pꝛincipis in ſuo loco tenentem: ꝙ pꝛo defenſione ſui

honoꝛis

honoris dignitatis ⁊ fame: cum aliter prouideri non poteſt: ſingulare certamen inter ipſos: et ſecuritatem pugnandi concedere: in ſuo dominio: et iudicium aſſumat inter ipſos prouocantem ⁊ prouocatū quod ſi ſibi videbitur occaſionibus belli indicendi examinatis ⁊ ponderatis: ac re diligentiſſime rimata ⁊ cauſis vtpote iuſtis. viſis: pugnam indicere iudiciumq; ſuſcipere inter ipſos et loci ſecuritatem concedere vt ſatisfaciat dignitati honori ac fame vtriuſq; tamen in hoc decet ipſum principem ſe prudentiſſime gerere: ne partium cuiq; iniuria fiat et cauſe ſint: iuſti: vel veriſimilis ex eo quia iura diuina gentium ⁊ humana huiuſmodi duella prohibent: natura ⁊ cū ab ortu iſta cruentiſſima ſpectacula propter emerſionem humani ſanguinis quia hominem homini inſidiari nefas eſſe iuri viſum eſt: vt in l. vt vim. ff. de iuſtitia ⁊ iure ex quibus ⁊ perditio corporum ⁊ animarum frequentiſſime ſequitur.

¶ Adde etiam predictis quod licet nemo deberet concedere duella: per ea que ſupra dicta ſunt in ſecundo euidentiali: tamen papa et quilibet prelatus: quantumcunq; habeat iuriſditionem temporalez debet ab hac licentia omnino cauere: ne concedat: quod eccleſia manifeſte prohibet vt ſepe dictuz eſt quia cum cauſa ipſi mortis preſtēt non euitarent irregularitatem que de iure diuino videtur per ea que Felin. dicit in capitulo qualiter. el. ij. §. ad corrigendos in. vj. colū. de accuſatio. ⁊ Abb. in capitulo non ad audientiam de homi.

Uartum ⁊ vltimum euidentiale eſt: ſi caſus contentio ſeu lis principalis ſeu emergens in duellis acciderit ſint ne obſeruanda iura imperatorum ⁊ iuriſconſultorum pro auctoritate vel ratione vt perinde milites ⁊ alij exercitio armorum dediti: non poſſint leges ⁊ iura ciuilia ſpernere nolendo ſe ſubijcere argumen. ⁊ deciſionibus legum iuriſq; diſcipline: aiunt enim milites ius eſt in armis nos vero enſem damus pro libello: ⁊ omnia dāt qui iuſta negat: dixitq; Ualerius libro quinto capitulo ſecundo inter armorum namq; ſtrepitus verba iuris ciuilis exaudiri non poſſunt igitur pro clara intelligentia iſtius euidentialis eſt primo videndum ſi miniſterium ſeu exercitium militare regatur ſecundum iura ciuilia ⁊ hoc paucis probato facile habebitur reſolutio articuli propoſiti probo igitur intentū omniū rerū diuinarū ac humanarū notitia pertinet ad. l. ciuilez. miniſterium autem rei militaris eſt huiuſmodi ergo

pertinet ad.l.ciuilem argumentum est validū maio: probaſ per tex. in.l.lex.ff.de.ll.⁊.§.iuriſprudentia inſti.de iu.naturali mino: quoq; nota est ergo assumptum tenet.

¶ Scōo facit nam omne dictū rationabile debet iudicatum moue re omnis vero lex est dictuꝫ rationabile: ergo omnis lex debet iudica tum mouere argumentum validum est: maio: namq; probatur per tex. prima distin. c. consuetudo ⁊ de trien. ⁊ semiſ. §. cōsideremus mi no: probatur nam alias non esſet lex vt in. c. erit autem lex. iiij. dist.

¶ Tertio oēs gētes liganſ iure ciuili milites aūt sunt ex illis ergo liganſ iure ciuili argumētū tenet ⁊ maio: probaſ p tex. in.l.i noie dñi de offi. pfec. pto. aph. ⁊ l. cūctos populos. C. de sum. tri. l. oēs. ff. de iuſt. ⁊ iu. qa facta ab iperatore dño oribs. lxx. q. j. i apib⁹ ⁊. lxiij. dist. adrianus in glo. ⁊ in. l. deprecatio ad. l. rhodi. de iac. ⁊ bene facit il lud Hiere. cōſtituit te ſup gētes ⁊ regna vt edifices deſtruas ⁊ plātes

¶ Quarto auctoritate Ciceronis in de re pub. q inquit q bellū de bet esſe iuſtū denunciatū ⁊ indictum: ac vt ꝓpulſandoꝝ hoſtiū cauſa geratur: hoc aūt attinet ad legitimū ius qō iubere ſolet que viri ſunt fortis vt nō deſerere locū in acie: nō fugere ⁊ ea que ſunt tēperātis vt nō cōmittere adulteriū nō flagitiū facere ⁊ ea que ſunt māſueti vt nō ꝓpulſare non iurgia exercere eodē modo ſm alias virtutes ⁊ vitia hec vetare ⁊ illas iubere ⁊ etiā ꝓeter hec quedā belli iura vt ineūde pugne ſolēnitatē ſeruare decreta publica federū pcuſſionē: religionē ſacramenti: militū aiaduerſionē dignitatum ac premioꝝ ⁊ bonorum gradum quedā pozro que vt ita facere: ita pati ſit nefas vt ſata exu ri dirui tecta: prędas hominum: pecoꝝq; agi ⁊ alia id genus que de ſingulis cauta ſunt legibus: vt per totum titulū de re mi. ⁊ armis et legibus ſumma tuitio reipub. ꝓuenit. l. j. in ꝓin. ff. de iuſt. ⁊ iur. in de imperiū Romanoꝝ felicisſimū dictum est ex armoꝝ exercitatio ne ac legum obſeruatione: ſunt multi tituli: ⁊ leges que loquuntur de militibus ⁊ eoꝝ priuilegijs. d. l. in nomine dñi: ⁊ in titu. de offi. mili. ⁊ toto titu. ff. ⁊. C. de re mili. ⁊ in tit. de teſt. mili. C. ⁊. ff. ⁊ de priui. militū vt in. l. j. ⁊. ij. C. de vete. ſimiliter etiā leges cōdidit imperator ad puniēda crimina militaria. l. magiſterie ⁊ l. ſi. de re mi. ex quib⁹ pluſq; liquido cōſtat ſacrilegos esſe milites qui leges imperatoꝝ as in eoꝝ cauſis deſpiciūt. l. j. C. de crimi. ſacri: quia ⁊ ipſi legib⁹ ſubtici untur vt in iuribus ſupradictis nemo enim est qui ſenſum imperialē contēnere poſſit. l. ſi. C. de. ll. ⁊ in legibus ſpiritū ſanctū foze credendum est quinquageſima diſtinc. ſi ille.

Est tamē

Est tamē aduertēdū quis modus habēdus sit circa hec nā primo seruabit stilus armorū si est approbatus ab oīb⁹ eo modo quo dicit in .l.j. vbi sen. vel clar. q⁹ est stilus armoꝝ scōm quē aliqū indicat: nam quelibet ꝓfessio suo sensu: ꝛ suo stilo nititur quē obseruat .c. legimus, xciij. dist. ꝛ .ff. de test. l.iij. in fi. ac in Rub. de cōsue. ꝛ in .l. cūctos populos. C. de sum tri. Sed tamē q⁹ milites sine lege certa ꝛ sine iure scripto versantur pauca habentes ex stilo armoꝝ ideo cū reo se ingerit in contrarias inclinat sententias vt sepius vidi cum essem ifelicissimo exercitu Cesareo ac hyspanorū in Lombardia qō est ab omni iudicio alienū .c. ne innitaris de cōsti. ꝛ vt plurimū exēplis ꝛ nō rōnib⁹ mouent aliequin viri prudentissimi tñ circa hoc eoꝝ iudicia sunt varia: cōtraria: ac pplexa nulla equitate ꝛ ratione fundata: ideo ꝛ q⁹ non possunt oīa stilo armorū comprehendi oportebit tunc ad iura ciuilia cōfugere ad eorūq; argumenta ꝛ rationes: nec dedignari debent milites ꝛ bellatores imperatorias immitari leges postq; imperatorijs ligantur ligibus vt dictū est ꝛ ista oīa locū habēt in singulari certamine ꝛ duello vt deficiente stilo militari perueniatur ad leges ꝛ iura imperialia: ꝛ etiā iura longobardorum arg. l. de quibus. ff. de legi ꝛ si nō ꝓ auctoritate saltez ꝓ ratione que licet, localia sint ꝛ ita fuere per regē Carolū Pipini filium qui primo fuit rex Francorū deinde imperator vt in .c. Generabilem de elec. ꝛ ad constit. regni factas per imperatorē Federicuz de quibus idem dicas q⁹ de iure Longobardo modo dixi: intelligas tamē tum demum recurrendum ad iura ciuilia deficiente stilo armorum: si statuta alia siue leges nō vigeāt i loco certaminis: qa illa tūc ante omnia attēderent per ea: que habent in .l. cēs populi. ff. de iusti. ꝛ iur. per docto. Quod tñ sublimita nisi duellū fieret vbi castrametaretur exercitus Cesareus quia tunc immediate deficiente dicto stilo deueniretur ad iura ciuilia vt ex superius dictis satis ꝓbari potest ex quibus manifeste constat confuso cuiusdam cuius cb honorē ipius subticeo nomē i suo secundo lib: o in prin. de singulari certamine: ꝛ si vis dicam: Petrus montius ille vocatur: qui mittēdo falcem in messem alienam: satis ꝛ suam ignorantiam ꝓfefert dicit .n. ille bonus vir q⁹ nō debent duella iudicari ꝑm leges nec per earum professores rationibus leuissimis ꝛ potius liuidis q⁹ veris vt ibi per eū quez polliceor me amplius non visurum loquar .n. cum professoribus legitime discipline ꝛ non cum ipius ignaris. Et per hec cum laude Dei de euidentialibus iam sum expeditus.

Incipit

¶ Incipit liber primus cap. primo de partitione personarū

Remissis euidentialibus videamus de personis propter quas duella fiunt: ⁊ vltra scribentes sic formo Theoricam. Quedam sunt persone: que per se tantū possunt ꝓuocare ad pugnā: quedā ꝑ se ⁊ per aliū q̄ apud aliquis vocatur caput quo nomine vtemur. Quedā que nullo mō p̄nt prouocare. quedaz que non possunt per se: p̄nt tam per campionem eadem partiōe vtaris erga personas prouocatas: que singula quogradu procedant: videndum est ordinate procedendo.

¶ Capitulū secundū de personis que per se tantū possunt ꝓuocare.

Vilibet nobilis miles: vl̄ aliꝰ, qui prouocare pōt. prouocando sibi paré iusto impedimento cessante debet pugnare per se tm̄: ratio generalis istius positiōis est. q̄ pugna huiusmodi debet fieri per p̄cipales psonas: nō p substitutas vt in tit. de pace tenē. §. si q̄s hominē in glo. ⁊ in. §. si rusticus: ⁊ in. §. si miles aduersus militē: ⁊ etiā per iura lōgobarda quia in pugna dicimus pellē pro pelle: aiam pro aia. Istud mēbrum sic formatū: vt vides: solet poni per doc. loco regule: vt ꝑ Paridē de put. in prin. quiti libri dicti sui tractat⁹. s. q̄ regulariter pugna debet fieri pet principales personas: nō p substitutos p rationē superius assignatā: tm̄ a dicta regula excipiunt nōnulli casus: quos idem Paris prosequit in. c. q̄ i septē casib⁹ dicti libri quinti: tm̄ theorica nostra nō patitur exceptionē aliquā bene consideranti: pro eius maiore declaratione considero: q̄ nullus prouocato: dici pōt simpliciter q̄ per se solū habeat pugnare nisi habeatur respectus ad prouacatū ⁊ ad impedimentum: naz quātūcunq̄ illustrissimus per se pugnabit: si sibi parem prouocat: ⁊ ratio est: quia in pugnis equalitas attendit: vt habet late per Bal. in. l. filiusfami. de leg. j. nec tali casu reperio: q̄ duo illustrissimi vel illustres possint pugnare per campiones ex ista dicēdis melius declarabitur istud. c. ⁊ semper aduertas: ne idez sepius dicā: in suis locis inuenies: que aliquando desiderabis in aliquo capitulo et ego semper hoc obseruaui in ceteris libris non perfecte mētem auctoris degustasse: nisi fere totum corpus absoluissem: vel saltem attingentia ad aliquod illius auctoris per me dubitatum.

¶ Capitulū

Capitulum tertium qui per ſe ſeu campionem vel ſubſtitutum poſſunt prouocare.

